



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

animæ exufflatio, hoc est, spiraculum hominis uanum, quod Græcus ἀπόληξιν, id est, perditionem interpretatur, ut enim nihil potest hominis spiritus efficere, quamuis ingentia spiret, proijciens ampullas & sesquipedalia uerba: ita uana est impiorum spes, nō constat, non perdurat. Porro, ut hæc à Sophar, recte differuntur (quibus tamen tacite Hiob mordetur, tanquam impius, propter adflictiones & maledictiones quas sustinet) ita nondum conuincunt Hiobem, propter impietates, adflictū esse, licet interim in iudicio appareat, id quod natura sua est omnis homo, nempe impatiens, impius & blasphemus.

CAP. XII.

Respondens Hiob, dixit.
 Vere ne uos (soli) estis homines, quibus cum morietur sapientia?
 Etiam mihi cor est, sicut uobis, nec inferi
 or uobis sum, & cui hæc nō sunt cognita?
 Qui deridetur a proximo suo, ut ego,
 Inuocat Deum & exaudit eum, risus est
 iustus & simplex.
 Lampas contempta in cogitationibus
 diuitis, parata ad offendiculum pedis.

ANNOT. IN HIQB

Prosperant tabernacula prædonũ, & meritates tumultuantũ aduersus Deũ cũ ipse (omnia) dederit in manus eorũ.

VERE NE VOSESTIS SOLI HOMINES? Vt in rebus militaribus, corporis robur succedat prudenti & generoso animo, citius perdit qui iuuat. Vnde & quidam dixit: exercitum ceruorum ducere (qui est ueluti animus exercitus) leone, formidabiliorem esse, exercitu leonum, ducere ceruo. Ita in rebus spiritualibus, carnalis diuinæ legis & iusticiæ intellectus, citra prudentiam spiritus, plus obfuerit, quàm profuerit: nam & amici Hiob, de iusticia diuina, de benedictione piorum, & maledictione impiorum, ut est Leuit. 26. & Deuter. 28. prudentissime disserunt, ita ut in eis propemodum nihil desyderes: sed quando careant Euangelij & iusticiæ fidei sapientia, uides, in quem errorem collabantur, non enim sua disputatione, in solum Hiobem iniurijsunt, sed in totã fidei Euangelij, et sanctæ CRVCIS rationem: siquidem, quotquot Euangelio credunt, sanctificantur: cõsectaneum igitur fuerit, & peccata esse expiata, & omnes calamitates, post sanctificationẽ remissionẽque peccatorũ contingentes, sanctas esse. Amici uero, in ratione iusticiæ legis (quæ lex quanq̃ eo tempore non litteris cõprehensa fuerat, habebatur tamen in mentibus conscripta, Ro. 2.) argumentantur, omnem adflic-

onem

onem, impietatis pœnam esse. Quàm probe autem
 hec cū Euangelij (quod & Hiobis tempore fuit, sed
 nondum reuelatum) ratione conueniant, tu ipse iudi-
 cato, & supra aliquatenus ostensum est. Proinde,
 principio huius capituli, ridet Hiob, carnalem amico-
 rum, uerius stulticiã, quàm prudentiã, dicens: scilicet
 nos soli estis illi prudentes uiri, quibus se sapientia ca-
 pitam dedit, & qui totã eam, ut ita loquar, deuota-
 ritualis nec micã salis reliquistis, ut & prudentia unã
 nobiscū mori cogatur: usq; adeo uos soli sapiētes, cœ-
 teri oēs stulti, quẽadmodũ et Paulus Corinthios ridet:
 Nos stulti, ait, uos prudentes: nos imbecilles, uos ua-
 lentes cõtempti, uos clari. Porro aut, ridet interim
 spiritus carnales: interim ridet & caro, spirituales,
 sed non eodẽ animo: caro ridet fratrẽ è *Ὀλαυτία*,
 contemptu, arrogantia, presumptione & elatione,
 qui enim fratrem uerbo ridet, corde eum cõtemnit ac
 despiciet: qui uero fratrem despiciet, Deũ despiciet, ait
 enim: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis:
 proinde carnis derisio, in Dei contumeliam uergit.
 Deridet & spiritus ex contemptu, non quidem fra-
 tres, sed arrogantia & presumptionis, quæ in super-
 biis existunt, ut Esaiã decimoquarto: Qui te uiderint,
 inclinabunt se ad te dicentes, Nunquid iste est uir qui
 cõturbauit terram, qui concussit regna? &c. Vbi spi-
 ritus, maximo fastus & superbie contemptu, regem

Risus carnis.

Risus spiritus

ANNO. IN HIOB

Babel ridet: & in Psal. 2. Qui habitat in caelis, iri-
bit eos. Eodem spiritu Hiob ridet amicos suos, non
arrogantia, fratrum contemptu, aut sui ipsius elatione,
sed ex contemptu fastus & arrogantiae, qua amici
praeter modum, quasi soli pra omnibus hominibus
pientes essent, efferebantur. Nihil enim in conspectu
Spiritus sancti abominabilius, & magis foetidum est,
fastu, *Ὀλαυτία* & arrogantia.

ETIAM MIHI COR EST &c.

Gloria carnis

Vt derisio mala est, si ex carne profiscatur, et bo-
na, si ex Spiritu, ita duplex est gloriatio: mala, quae
ex carne: bona, quae ex Spiritu uenit. Carnis gloria-
tio, ex infidelitate Verbi, & uana fiducia in dona, ori-
tur: ut Vides Matth. 7. Eiecimus demonia: et Aposto-
li gloriantur Lucæ 10. Etiam demonia subijciuntur no-
bis: sed audiunt, In hoc nolite gaudere, gaudete po-
tius, quod nomina uestra scripta sunt in caelis. Gloria-
tio spiritus, ex fide in Dominum, non ex confidentia
in dona, oritur, ut Psalm. 31. Gloriamini omnes recti
corde: & qui gloriatur, in Domino gloriatur. Porro
carnis gloriatio, Domino honorē adimit. Spiritus ue-
ro reddit. Gloriatur itaq; Hiob aduersus amicos suos,
non honorem Deo adimens, sed potius reddens eū,
quē gloriosuli amici, sustulerant, sibi adrogantes. Sic
& Paulus gloriatur aduersus pseudapostolos. 2. Cor.
3. In quocunq; audet aliquis, audeo & ego. Hæc, inq;
se per

se per insipientiam loqui (sordet enim propria laus)
sapientia tamen spiritus, sic cogebat gloriari, ut impu-
rum os Pseudapostolorum obstrueret.

QVIDERIDETVR A PROXIMO

SVO id est, uos amici propter adflictiones, quas fero
me, uelut impium, & iusta causa adflictum, ridetis,
ac pra nobis contemnit is: ipsi risu & contemptu di-
gissimi: proinde, audite Domini sententiam, quam
tibi pro adflictis, contra fratrum cōtemptores. QVI

RIDETVR A PROXIMOSVO, INVO

CAT DEVM, ET EXAUDIT EVM,

Dominus uidei
scitur contem-
ptū pauperū

Michabes Deut. 15. Si unus de fratribus tuis ad paup-
tatem uenerit, non obdurabis cor tuum, ne cōtrahas
manū tuam &c. ne clamet cōtra te ad Dominum, &
fuit tibi in peccatum: & Prouerb. 14. Qui calumnia-
tur pauperē, conuitium facit factori eius. Ergo ne cla-
mare liceat afflicto. contra adflicentes pro uindicta
& quā est quod Christus ait: Benefacite maledicen-
tibus uobis: orate pro ijs, qui lādunt & insectantur
uobis. Respondeo: omnino pro persecutoribus, non tā
clostrina, quam exemplo Christi, orandum est, sed
clamorem hunc, quo derisi male adfecti, & iniuste
occulsi, pro ultione ad Dominum clamant, non intel-
liges esse, orationem derisorum & male adfectorum,
sed spiritus sancti in male adfectis habitātis: pij enim
sua agunt, & disciplinam à Domino traditā exequunt

ANNOT. IN HIOB

Spiritus uin-
dicta clamat,
pro pijs, ita
ut orat.

tur, hoc est, pro persecutoribus erant: sed interim
clamat spiritus gemitibus inenarrabilibus, uindictam,
nam quemadmodum si ex fide eleemosynam pauperi im-
pio, sed tamen egenti, largiaris, etiamsi nunquam pauper
benefacti, erga Deum, precibus suis memnerit, ipsa ta-
men eleemosyna clamat, ut est Ecclesiastici uigesimo
nono: Conclude eleemosynam in sinu pauperis, et haec
(propter fidem e qua fluit) pro te exorabit, ab omni
malo. Similiter et Deuteronomij uigesimo quarto, Si
adceperis pignus a fratre tuo paupere, non pernoctab-
bit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occi-
sum ut dormiens in uestimento suo, benedicat tibi, et
habeas iusticiam coram Domino Deo tuo. Quid si debi-
tor impius fuerit, atque etiam si pignus redditum sit poti-
us creditori, ut fieri solet, in corde suo maledicat? Im-
sum opus ex fide et charitate profectum, te benedi-
cet, etiamsi debitor maledicat. Ita pius, semper orat pro
persecutoribus, sed interim spiritus ultionem clamat
ut est Apocal. 6. Vidi subter altare animas interfecto-
rum, propter Dei Verbum, et propter testamentum
quod habebant, et clamabant uoce magna dicentes:
Usquequo Domine, qui es sanctus et uerax, non iudi-
cas, ac uindicas sanguinem nostrum, de ijs, qui habi-
tant in terra? Testatur idem sanguis Abel, qui clamat
a terra ad coelum pro uindicta, non suo, sed Spiritus
sancti ore. Sic clamat in omnibus prophetis, marti-
ribus

bus, & pijs male tractatis, usq; ad futurum iudicij die.

RISVS EST IVSTVS ET SIMPLEX.

Antithesis est, qualibus scetet hic liber. Est enim sententia, non miror quod ab amicis meis ridear, si quidem pro ueteri mundi huius consuetudine, iusti rideantur, peccatores impij prosperantur. Prima antithesis pars est: risus sunt coram mundo, iustus & innocens: quia sapientia Dei, stulticia est coram hominibus, & primum opera, rationi stulta uidentur, ut 2. Samu. 16. rictus Dauid, ludens ante Dominum à Michol: sic derisi sunt Iudaei à Gentibus, quia stulta & insipientia uidebantur, Iudaeorum opera: sic Paulus ad Athenienses adpellens, audit: Quid sibi uult spermologus? Sic postea Christiani ab Ethnicis derisi sunt quia uidebantur, ut Suetonius scribit, genus hominum superstitionis nouae & maleficae.

Suetonius in uita Neronis.

LAMPAS CONTEMPTA &c.

Primam Antithesis partem, probat similitudine pulcherrima, ut enim si quis lampadem noctu praelucem, negligat aut contemnat, facile offendit pedem ad lapidem: ita diuites, magnates, reges & tyranni, quales sunt amici Iuob, praese adfluctos & abiectos in corde suo conuenientes, colligunt eo contemptu sibi ipsam, in aeternam damnationem, nam adfluctus, lampas dicitur, propterea, quod propter adfluctio- nem, in conspectu Dei luceat, & oculis eius pateat.

Iusti rideantur à potentioribus non sine uindicta.

ANNOT. IN HIOB

Esaiæ 66. Super quem respiciam, nisi super humilem
 & contritum spiritu. Et in Euangelio: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.
 Hanc lampada, in solis Dei oculis, non coram mundo
 lucentem, despiciunt diuites, hoc est, fastuosi & superbi. Ea igitur lampas parata est ad offendiculū pedum eorū, & excacationem oculorū eorum, ut enim
 Christus lux est, & salutis petra, humilibus in se credentibus, & excacatio ac offensionis petra, contemptioribus, ita abiecti & humiles, lampas sunt coram Deo splendidissima, sed coram fastuosis huius mundi uiris, ad offendiculum pedum suorum posita, ita enim scribitur, Qui uos tangit, pupillam oculi mei tangit, & quod uni ex minimis meis facitis, mihi fecistis.

PROSPERANTVR TABERNACVLA.

Id est, quanquam & impiorum bona, à Deo sint, is enim sinit solem suum oriri super bonos & malos, aduersantur tamen Deo, nihilominus feliciter uiuentes, & cunctis abundantes opibus. Secunda antithesis pars: porro, prædones hoc loco, sunt tyranni seu impij, donis Dei abutentes, aut pios calumniantes: omnia enim dona, ut sunt sapientia, sanitas, fortitudo, diuitiæ, potestas, effusa sunt in cōmunem utilitatem, ut sapientia, insipienti inseruiat: sanitas, infirmitati: fortitudo, imbecillitati: diuitiæ, egestati, sed ijs præcipue saginantur impij, ut enim filij huius seculi prudentiores,

Prædones prosperantur.

secundum
 a. Paderborn

iores, ita & potētiores, ditiores, saniores, & fortio-
 res filijs lucis sunt. Breuiter, tabernacula impiorū, ab-
 undant omnibus ferē benedictionibus Dei, at possidēt
 eas, & utuntur impij, ueluti prædones non in eum
 usum, in quem collata sunt, sed pro sua libidine, abu-
 tuntur aduersus Dominū & proximum, nam sic cō-
 paratū est, ut prudentia seruiat imprudentiæ, impie-
 tas autem inuertit, & seruit prudentibus, per prudenti-
 am, diuitibus, per diuitias, interim, egregie contem-
 pio paupere & insipiente. Loquitur autē Hiob hoc lo-
 co, de felicitate, quam Arabes prædones, qui armen-
 tuus abegerant, in sua impietate habebant, & præ-
 ca, suam infelicitatem deplorat.

Iam obsecro, interroga bestias, & doce-
 bunt te, uolatile cœli & adnunciabit tibi.

Aut loquere terræ, & docebit te, & ad-
 nunciabunt tibi pisces maris.

Quis nō agnosceret in omnibus istis,
 quod manus Domini fecerit eas?

Quod & in manu sua, sit anima oīs uiuē-
 tis, & spiritus uniuersæ humanæ carnis.

IAM OBSECRO, INTERROGA.

Quod supra dixit, & se quoq; rerum peritiā ha-
 bere, ac sibi etiā cognita esse, quæ disserūt amici, nūc
 prosequitur, ait enim, disseruistis o amici, pleraq; de

ANNOT. IN HIOB

sapientia & potentia Dei, quod omnia creat & cōse-
uat, quasi uero hæc mihi incognita essent, nam uobis,
etiamnum tacentibus, docent me illud creaturæ, lo-
quuntur enim omnes creatorem, & clamant inenarrabili uoce, Deus me fecit, ut & Paulus ait, inuisibilia Dei, cognoscuntur ex uisibilibus: et alibi, cœli enarrant gloriam Dei, & opera eius adnunciat firmamentum. Interrogare autem hoc loco sumitur pro disquirere, inuestigare, aut contemplare. Si quis igitur probe consideret, bestiarum, uolatilium, & piscum naturam, inueniet miram creatoris prudentiam. Ceruus ut Physici scribunt, latratu canum audito, aura semper sequenda fugit, ut uestigia cum ipsis abeat: itē, dum cornua, statuto ueris tempore amiserint, maxime inuisa petunt, ne armis suis spoliati, iniuria obuitium pateant. Quis bestis huius sagacitatem contemplans, non ueluti præsentem creatoris sapientiam uideat? De Perdice scribit Plinius, quod si auceps ad nidum eius coeperit adcedere, procurrit ad pedes eius, prægrauē aut delumbem sese simulans, subitoq; in procurso, aut breui aliquo uolatu cadit, fracta aut ala aut pedibus, aut procurrit iterum, iam iam præhesurum effugiens, spe frustrans, donec in diuersum abducatur à nidis. Vide igitur, et in hoc animali sagacitatem creatoris, tibi præsentem ob oculos positam. Quid de piscibus dicam? uel unam remoram, quam Graeci

Sapientia Dei
in ceruo.

In perdice.

exi

Ex. xvi. dicitur uocant, considera, est enim paruus admo-
 dum piscis, ex pes, quo carinis adherente, naues quā
 uis ingētes, remoratur, inde etiam nomine imposito:
 quae si quis in tam paruo animalculo conspexerit, non
 re qualemcūq; creatoris, potentiae ac industriae ima-
 ginem contemplabitur? proinde ē naturis animalium,
 manus Dei inuisibilis, redditur uisibilis et manifesta.

QVOD ET IN MANV SVA ꝛc.

Non enim solum Deus, omnia creauit, sed etiam
 omnia conseruat, fouet ꝛ sustentat, omnis seu bestia
 rum seu hominum spiritus, in manu sua situs est, sed
 nam propterea amici, sententia sua compotes erunt,
 quod deus neminē adfligit sine causa, propterea qd'
 omnia creauerit, ꝛ conseruet? absit, nam potius di-
 uersum sequitur, quia enim omnia creauit ꝛ in manu
 sua habet: igitur eo magis licebit ei, unumquemuis,
 pro uoluntate sua tractare, etiam sine causa meriti,
 quemadmodum figulus potestatem habet uasis sui,
 ut frangendi, uel reformandi.

An non auris probat, & guttur come-
 dentis gustat?

In senioribus (pro uestra opinione) est
 sapientia, & in longæuis intelligentia.

(At ego dico) apud ipsum (Deū) est sa-
 pientia, fortitudo, cōsiliū, & intelligētia.

ANNOT. IN HIOB

Ecce, si ipse destruxerit, nemo ædificat,
si cōcluserit quempiam, nemo resoluit.

Ecce si continuerit aquas, omnia au-
scunt, & si emiserit eas, subuertūt terrā.

Apud ipsum est fortitudo & energia,
ipsius est errans & seductor,

Ducit cōsiliarios (tanquam) prædam,
& iudices stupidos facit.

Vincula regum dissoluit, & ligat cin-
gulo lumbos eorū, ducit sacerdotes sicut
prædam & fortes peruertit.

Auertit labium ueracium, & discipli-
nam senum aufert.

Effundit contemptū super principes
& confœderationem fortium dissoluit.

Reuelat profunda de tenebris, & edu-
cit ad lumen abscondita.

Magnificat gētes, & rursus perdit eas,
dilatat gentes & reponit eas.

Auertit cor principum populi terræ, &
errare facit eos in uano, & in inuio.

Vt palpent tenebras & non lumen, &
errare facit eos sicut ebrium.

ANNON AVRIS PROBAT &c.

*Antea capite octauo, Bildad, patrū authoritatem
ad confir*

ad confirmandā suam sententiam adlegauit, ait enim: **Locus, contra**
interroga priorem generationem, & para te, ad in- **eos, qui sunt**
uestigandum patres eorū, ad quod nunc Hiob respon- **glorabūdi de**
det, dicens se nolle alicuius, quantumuis sancti patris **patribus &**
sententia premi: est quidē maiorū authoritas sacro **concilijs.**
sanctae, & nequaquā naso suspendenda, sententia tamen
eorum, ad spiritus regulam exigi debet: proinde, egre-
gia similitudine docet, nō cuius doctrinae aut spiritui,
credendū esse, sed nū ex Deo sint probanda, est enim
doctrina, ueluti cibus: iam ut cibus non ē facie exter-
na probamus, sed solo gustu: saepe enim oculis uide-
tur sapidus cibus qui insipidus est, & contra, ita Ver-
bum, aut sententiam, non iudicaueris, ē sola eloquen-
tia aut senectutis larua, sed ex aure, hoc est, spiritus
iudicio, & fidei regula (fides enim ex auditu est) ut
loannes ait: probate spiritus, si ex Deo sint, nam Ver-
bum non ideo bonū & adceptabile est, quia eloquens
aut senex dicat, sed quia uerū sit: ueritas autē eius, non
ex eloquentia aut senectute, sed ex iudicio spiritus, qui
ē uerbo, non ratione humana iudicat, probatur, ait
Hiob: uestra quidē sententia o amici, in seniori- **In Deo sapien-**
bus est sapientia, et in maioribus prudentia, qđ ut mi- **tia.**
nime negauerim, ita non abstulerim Deo nostro suū
honorē: si enim seniores prudentes sunt, nō ex se aut
humana ratione, sed ex Deo prudentes sunt. Proinde
apud unū & solum Dominū, est sapientia, fortitudo,

ANNOT. IN HIOB

consilium, & intelligentia. Potest hic locus, pro
contra gloriabundos de patribus & Conclijis.

ECCE, SI IPSE DESTRUXIT, N
MO AEDIFICAT. Quod dixit, apud Deu
non apud seniores, esse fortitudinem & sapientia
nunc probat, nam solius Dei, esse fortitudinē, uel

Iudiciū Domi
ni, retracta-
bile.

argumento cōstat, quod quæ Dominus destruit, n
uiribus reaedificari queunt, hoc est, decretū Domini
nemo retractat, ut Hiericho destruebatur manu Domi
ni, Josue 6. maledictus ergo erat Ahiel, cam reaedifi
cans. 2. Reg. 16. Demoliebatur templū Hierosoly
tanū, manus Domini, per Titum Ro. Imperatorem,
nullo igitur conatu fieri potuit, ut reaedificaretur, con
cessa etiā nū iudeis à Iuliano imperatore, reaedificari
di potestate, ut habet historia Tripartita li. 6. ca. 43.

SI CONCLUS ERIT QVEMPIAM.

Pharao includebatur in aquis maris rubri, nemo
erat qui liberabat: Saul includebatur in manus hosti
um Philistinorum, & non erat locus unde effugeret.
Omnes impij clauduntur in perditionem, & nusquā
patet exitus: omnes homines inclusi sunt in peccato
& nemo liberat nisi solus Dominus.

ECCE SI CONTINVERIT AQUAS.

Tempore Helie, continuit aquas tribus annis, &
omnia arefacta sunt: Noë temporibus effudit aquas
super terram, & omnia diluio perierunt.

APVD IPSVM EST FORTITVDO.

Epiphonema, priores sententias concludens.

IPSIVS EST ERRANS ET SEDVCT.

Secundo, probat sapientiam, consilium & intelli- **Dominus errare facit.**
gentiam, solius Dei esse: solum enim Dei consilium, & sapientia, promouent: humana uero, à diuino con-
funditur, nam qui errat aut decipit, diuino consilio, aut errat, aut decipit. 3. Reg. 22. Egrediar, & ero
spiritus mendax in ore omnium Prophetarum: & dixit
Dominus, decipies & praualebis: egredere, fac ita, **Quare Domi-**
Ezech. 14. Prophetam quum errauerit, & loquutus **nus errare fac-**
fuerit uerbum: ego Dominus decepi Prophetam illū. **ciat.**
Sic & 2. Theß. 2. Mittet illis Deus operationem erro-
ris, ut credant mendacio. Sed quare Dominus errare
facit & decipere? causa in promptu est, quia ponūt,
sicut Propheta, idola in corde suo, & statuunt scan-
dalum iniquitatis suæ, contra faciem suam: adeoq; ue-
ritatem dilectionis non recipiunt,

DVCIT CONSILIARIOS ETC.

Sapientia

Hoc est, diuino consilio, omnis humana sapientia Dei-
& iudicium ruunt, percunt, & ueluti præda deua stan-
tur: atq; adeo corā Deo, humanum iudicium, citius in-
fania fuerit, quàm prudentia. Vide consiliū Abitophe-
lis 2. Reg. 17. Esa. 19. Sapientes cōsiliarij Pharaonis,
dederunt consilium insipiens. Item: Dominus miscuit

ANNOT. IN HIOB

in medio eorum, spiritum uertiginis, & 1. Corin.
Perdam sapientiam sapientum. &c.

Fortitudo VINCULA REGVM DISSOLVIT &
Dei. Pro uinculis, Hebræus habet רִמָּוֶן quod tra-

ctio uetus balthæum uertit, sed proprie significat ca-
gationem aut tyrannidem, ut sit sententia: Domine
etiam hoc facto, declarat suam potentiam, quod ty-
rannidem potentissimorum regū subuertat, & popu-
lum suum, de manu eorum liberans, coerceat. No-
ta est historia de Pharaone, Goliath, Nebucadnezar,
Daniel 4. & 5. Quid igitur? timendus est Dominus
sapiens & fortis: adeoque ex ipso solo, non ex patri-
bus, comparanda est fortitudo & sapientia.

DVCIT SACERDOTES &c.

Deut. 21. Ad uerbum sacerdotum omne negotium
pendet, & nolens obedire sacerdotis imperio, ex de-
creto iudicis morietur. Sed adijcitur: Si secundū legem
Dei, non iuxta propria somnia iudicauerim: unde, ut
Dominus declaret suā solius esse sapientiā, non sacer-
dotum: confundit interim eorū consilia, ac prudentiā
eorū stultam reddit, ne personarū laruis additi, se-
ducamur, Hierem. 5. Stupor & mirabilia facta sunt in
terra: Prophetæ, prophetant mendacia, Sacerdotes
adplaudūt manibus suis, et populus meus dilexit talia.

AVERTIT LABIUM VERACIV

Auferuntur uera prædicantes, & subordinantur
Pseu-

Pseudopropheta, ut discamus in timore, et solo Deo non
 hominibus pendere: excitatur enim Pseudoprophe-
 ta, ut tentemur, num uere credamus Verbo Domini
 Deut. 17. Potes et hunc locum sic intelligere, ut Domi-
 nus declaret non esse pendendum ab ulla hominis auctorita-
 te sed ab ipso solo, efficit, ut quae uera praedicet, interim
 erret. Exemplum habes in Petro, qui syncerus domini Apo-
 stolus fuit, sed de legis abrogatione, non nihil a uero sco-
 po aberrabat, et propterea a Paulo reprehensibilis
 iudicatur. Docuerunt et patres sancti, maiores nostri,
 plerumque pia et Christiana, iterum tamen in errores ali-
 quos uix excusabiles, lapsi sunt, ut doceat nos domi-
 nus ne auctoritate hominum, sed solo Verbo confidamus.

ET DISCIPLINAM SENVM

Id est, nec maiorum constitutionibus, et seniorum
 ordinationi, Dominus parcat, ut ex omni parte unam
 et stabilem ueritatem discamus. Ordinauerunt
 primitiue Ecclesie, Episcopi οὐκ ἄνευ πνεύματος
 uerus poenitendi formas, quas uides in Maiorum mo-
 numentis, non ut essent pro peccatis satisfactio: sola
 enim fides in Christum, peccata absorbet, non opus
 quantumuis sanctum, sed ut essent, partim probatio
 partim protestatio, qua resipiscentes suam fidem, con-
 uentuales
 ram tota ecclesia declararent. Constituerunt et alias
 in Ecclesia ceremonias, non usquequaque impias, ut
 essent rudium disciplina: tam, quia sub Papistico re-

Cur pseudo-
 propheta et
 lapsus patrum

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

Ordinauerunt

**Ratio aboliti
cultus, cū hu-
mani, tum di-
vini.**

gno, pœnitentiales formæ, pro uera satisfactione, & ceremoniæ, non pro disciplina, sed pro uero & legitimo Dei cultu, haberi cœpti sunt: proinde, iudicio Dei, pleræq; abolerentur, ut discat mundus, sit ueritas in æternū duratura. Porro, quod mirum uidetur, Dominus nec suis externis cultibus, per manus Patriarcharum & Mosi ordinatis, percipit. Ordinata erat circumcisio, constitutū sabbatum, uarij cultus diuini ordinati in Leuitico, constructum erat & templū, sed hæc omnia ablata sunt, quia tempore Christi cœperant putari, ueritas et iusticia, quum nihil aliud fuerint, quā ueritatis umbra, & iusticiæ significationes.

**Contemptus
principum.**

EFFVNDIT CONTEMPTVM &c.

Idem habes Psal. 106. & hanc sententiam probat seditiões populares, in quibus princeps uilius uel spoliōne ducitur. Iam ut principes à Domino contemptibiles redduntur, ita & consilio Dei, cōfederatiões, & pacta eorum soluuntur, ut doceat omnes Gentes, se solum esse uenerandum principem, nec usquam firmum esse fœdus, nisi cum ipso iactum, ut Esa. 7. Cōfederatio duorum regum, Israël & Syriæ, aduersus Dominum percussa, soluitur. Docet igitur iste locus, principes timorem domini, ut sciant honorem, quem habent in mundo, non esse ius hereditariū, sed donū Domini. Iam non recitantur hæc, quia bene agat pri-

**Vana reddun-
tur fœdera à
Domino.**

biles redduntur, ita & consilio Dei, cōfederatiões, & pacta eorum soluuntur, ut doceat omnes Gentes, se solum esse uenerandum principem, nec usquam firmum esse fœdus, nisi cum ipso iactum, ut Esa. 7. Cōfederatio duorum regum, Israël & Syriæ, aduersus Dominum percussa, soluitur. Docet igitur iste locus, principes timorem domini, ut sciant honorem, quem habent in mundo, non esse ius hereditariū, sed donū Domini. Iam non recitantur hæc, quia bene agat pri-

natus, principē deridens, aut foedera pacis rumpēs:
nam ut Paulus inquit, Principibus honorē debemus:
et pax etiā sine foederibus seruāda est. Sed malis, prin-
cipes cōtemnētibus, & pacis foedera frangētibus, de-
us uisus ueluti instrumēto, & ministris, ad declaran-
dā maiestātē suā, quēadmodū aliās utitur Sathana, q̄
tā mē nō p̄pterea bonus est, qd' dei sit instrumentū.

REVELAT PROFVNDATA &c.

Vi ordine naturæ, Dominus de nocte diem educit
& lucem de tenebris: ita in omnibus alijs rebus, nihil
est occultū, quod non reuelabitur, nulla est iniquitas
tam profunda, nullū scelus tam tectum, quod non ma-
nifestabitur, nisi per Christum expiatum fuerit.

MAGNIFICAT GENTES &c.

Exempla ubiq; obuia sunt: magnificatus erat inti-
tio mundus, sed diluuiο rursus perijt, magnificata e-
rat Gentes in terra Chanaan, sed ingressu Israelis,
deuastata, magnificatus est Israel carnalis, super nu-
merum arenæ maris, sed rursus in paucum numerum
reductus est, idem adcidit omnibus mundi regnis.

DILATAT GEN. .i. multiplicat et rursus minuit

AVERTIT COR PRINCIPVM &c.

Dominus puniturus impiū populū subijcit eū prin-
cipibus stultis, pueris, aut tyrannis, p̄pter impietate Malus Magi-
enim et suam & populi, excæcantur, ut palpent in stratus, malo
meridie, sicut solet cæcus palpare, Deuteron, 28. populo datur

ANNOT. IN HIOB

Percutiet te Deus amentia &c. Psalm. 106. Errat
 facit eos in inuitio, nō in uita. Esa. 19. Principes fecerunt
 errare populū Aegypti in omni opere eorū, sicut er-
 rat ebrius & uomens. His omnibus disce ē solo Deo
 fortitudinem, sapientiam & consilium petenda esse.
 Nam hæc dona, nō maioribus, nec ulli hominū statu
 ueluti hereditario iure Dominus concessit, sed sibi so-
 li retinuit, distribuens unicuiq; pro ut uult. Promde,
 nunc senioribus aufert prudentiā, & largitur iunio-
 ribus: nūc iunioribus aufert fortitudinem, & dat se-
 nioribus: nunc cōtempribilē reddit principem: nunc
 rursus honori eum restituit, ut nobis fidem faciat, se
 solū fortē, prudentē & sapientē esse.

CAP. XIII

ECCE omnia hæc uidit ocul⁹ meus, au-
 diuit auris mea, & intellexit ea.

Aequē & ego quæ uos scitis, noui, nō
 uobis minor sum.

Veruntamen ego contra omnipotentē
 loquar, & arguere Deum desydero,

Vos uero compositores mendacii, &
 uani medici omnes estis.

Quis dabit, ut taceretis, & uiderenini
 sapientes?

ECCE HAEC OMNIA VIDIT OCULUS